Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Per scorta tractum publica.
Luto & cloacis inquinat.
Dum spurca mendicat stupra
Quid ille feruens ambitum. (cupiens honorem)
Stamq; honoris estuans.
Mersisne anhelat febribus (in mente mersis)
Atq; igne uenarum furit
Quisquis tacendi intemperans
Silenda prurit prodere
Yeratur & scalpit iecur
Scabiemq; cordis sustinet.
Quid inuidorum pectorum
Strumas retetcam turgidas. (tumores. chelch)
Quid purulenta & liuida (putrida)
Malignitatum uulnera.
Tu & ipse quiromā regis
Contemptor eterni di
Dum demonum sordes colis
Morbo laboras regio. (elephantie)
Hi quos superbus despicis
Quos execrandos iudicas.
Breui ulcerosos exuent (tempore)
Artus. & incolomes erunt.
Cum carne corruptissima
Tandem soluti ac liberi
Pulcherrimo uite statu
In arce lucebunt patris.
Non sordidati ac debiles
Sicut uidentur interim (du hic s.)
Sed purpurantibus stolis
Clari. & coronis aureis.
Tunc si facultas subpetat
Coram tuis obtutibus
Istos potentes seculi
Yelim recensendos dari.
Pannis uideres obsitos
Et mucculentis naribus (muccus. roh. murcus qui pecisum habet nasu)
Mentum saliuis uuidum.
Lipposq; palpebra putri.
Peccante nil e teterius
Nil tam lepsum ac putridum.
Cruda e cicatrix criminum
Oletq; ut antrum tartari.
Animabus inuersa uice
Corrupta forma infligitur.
Quas pulcher aspectus prius
In corpore oblectauerat.
En g̃ nummos aureos
Quos prime spoponderam.
Quos nec fauillis obruit
Ruina. nec fur subtrahat.
Hunc addo gemmas nobiles
Ye pauperem xpm putes.
Gemmas coruscis luminis
Ornatur hoc templum quib̃.
Cerne (ut) sacratas uirgines
Miraris intactas anus.
Primiq; post dapnum thori
Ignis secundi nescias.
Hoc e monile ecclesie
His illa gemmis comitur.
Donata sic xpo placet.
Sic ornat atrum uerticem.
Ecce (ecce) cum talenta suscipe